

lebrationibus decus: et ornauit tempora
 usque ad consummationem vite: ut lau-
 clarent nomen sancti domini et amplifi-
 carent mane dei sanctitatem. Chastus
 purgauit peccata ipsius: et exaltauit in e-
 ternum cornu eius. Et dedit illi testamen-
 tum regni: et sedes glorie in israel. Post
 ipsum surrexit filius sensatus: et propter
 illum deiecit omnem potentiam inimi-
 corum. Salomon imperauit in diebus
 pacis: cui subiecit deus omnes hostes ut
 conderet domum in nomine suo et para-
 ret sanctitatem in sempiternum que ad-
 modum eruditus est in iuuentute sua.
 Et impletus est quasi flumen sapietia:
 et terram reterit anima sua. Et replesti
 in comparationibus enigmata ad insu-
 las longe diuulgatum est nomen tuum:
 et dilectus es in pace tua. In cantilenis
 et prouerbis et compationibus et inter-
 pationibus mirate sunt terre: et in nomi-
 ne domini dei: cui est cognomen deus isra-
 el. Collegisti quasi auricalchum aurum:
 et ut plumbum complesti argentum: et in-
 clinasti femora tua mulieribus. Hore-
 statem habuisti in corpore tuo. Dedisti
 maculam in gloria tua: et propbanasti se-
 men tuum inducere iracundiam ad liberos
 tuos: et in ceteris stulticiam tuam: ut fa-
 ceres imperium biptitum. et ex effretis impare
 imperium durum. Deus autem non derelin-
 quet misericordiam suam et non corrumpet
 nec delebit opera sua: neque perdet a stir-
 pe nepotes electi sui: et semen eius qui di-
 ligit dominum non corrumpet. Dedit autem reli-
 quum iacob et dauid de ipsa stirpe. Et fine
 habuit salomon cum patribus suis. Et de-
 reliquit post se de femine suo genus stul-
 ticiam: et imminutum a prudentia robo-
 qui auertit gentem psilio suo: et hieroboam
 filium nabath qui peccare fecit israel: et de-
 dit viam peccandi effraim: et plurima redi-
 dauertit peccata ipsorum. Valde enim auertit
 illos a terra sua. Et quasi oes nequitias
 usque dum pueniret ad illos defensio: et ab

oibus peccatis liberauit eos. **XLVIII**
Et surrexit helias propheta quasi
 ignis: et verbum ipsius quasi facula
 ardebat. Qui induxit in illos
 famem: et imitantes illum inuidia sua pau-
 ci facti sunt. Non enim poterant sustine-
 re precepta domini. Verbo domini conti-
 nuit celum et deiecit a se ignem terre. Sic
 amplificatus est helias in mirabilibus
 suis. Et quis potest similiter gloriari ti-
 bi? Qui sustulisti mortuum ab inferis
 de forte mortis in verbo domini dei: qui
 deiecisti reges ad penitentiam: et confregi-
 sti facile potentiam ipsorum: et gloriosus
 de lecto suo. Qui audis in fine iudicium:
 et in ore iudicia defensionis. Qui vngis
 reges ad penitentiam: et prophetas facis
 successores post te. Qui receptus es in
 turbine ignis in curru equorum igneorum
 qui inscriptus es in iudicij temporum:
 lenire iracundiam domini: conciliare cor
 patris ad filium: et resituere tribus iacob.
 Beati sunt qui te viderunt et in amicitia
 tua decorati sunt. Nam nos vita viuimus
 tamen: post mortem autem non erit tale no-
 men nostrum. Helias qui in turbine te-
 cus est et in heliseo completus est spiritus
 eius. In diebus suis non peramuit prin-
 cipem: et potentia nemo vicit illum. Nec
 superauit illum verbum aliquod: et mo-
 rtuum prophetauit corpus eius. In vita
 sua fecit monstra: et in morte mirabilia
 operatus est. In omnibus istis non per-
 nituit populus: et non recesserunt a pec-
 catis suis usque dum abiecti sunt de ter-
 ra sua: et dispersi sunt in omnem terram:
 et relicta est gens perpauca: et princeps in
 domo dauid. Quidam ipsorum fecerunt
 quod placeret deo: alij autem multa con-
 miserunt peccata. Ezechias muniuit ci-
 uitatem suam et induxit in medium eius
 aquam et fodit ferro rupem: et edificauit
 ad aquam purem. In diebus ipsius
 ascendit sennacherib et misit raplacen: et
 sustulit manum suam contra illos: et extrulit